Incipiunt sermones beati bernardi abbatis per estatem de tempore et aliquibus sanctis Sermo primus in die sancte pasche de opprobriis iudeorum.

Incipiunt sermones beati bernardi per estatem de tempore et aliquibus sanctis. Sermo primus in die sancte pasche. de opprobriis iudeorum.

Vicit leo de tribu iuda. Vicit plane maliciam sapientia attingens a fine usque ad finem fortiter et disponens omnia suauiter. sed pro me fortiter. suauiter michi. Vicit iudeorum blasphemias in patibulo. fortem armatum in atrio alligauit et de ipso moriens impio triumphauit. Ubi enim sunt obprobria tua iudee. vbi sunt zabule uasa captiuitatis. vbi est mors victoria tua. Confusus est calumpniator raptor spoliatus est. nouum genus potentie hactenus uictoriosa mors obstupescat. Quid tu iudee quid pridie ante crucem agitabas caput sacrilegum quod sacrum caput hominis xpistum exagitabas obprobriis. xpistus inquiens rex israel descendat de cruce. O uenenata lingua uerbum malicie sermo nequam. non est hic cayphas qui paulo ante dicebas. expedit ut unus moriatur homo et non tota gens pereat. at illud quod mendacium non erat non loquebaris de proprio. nunc autem ipso dicebas Si rex israel est descendat de cruce. hoc plane tuum est magis autem eius qui mendax est ab initio. Quid enim consequentie videtur habere ut descendat si rex est. et non magis ascendat. sic non meministi serpens antique quam confusus abscesseris olim cum diceres precipitasses mitte te deorsum. et hec omnia tibi dabo si procidens adoraueris me. sic tibi iudee excidit quod audisti quia dominus regnauit a ligno ut regem abneges qui manet in ligno. sed forsitan nec audisti quia non iudeis sed nationibus hec annunciatio debebatur. dicite inquit in nationibus quia dominus regnauit a ligno. merito proinde titulum regni preses gentilis inscripsit ligno nec potuit iudeus ut uoluit corrumpere tituli inscriptionem ne dum impediret dominicam passionem et nostram redemptionem. Descendat inquiunt si rex israel est. Immo uero quia rex israel est titulum regni non deserat. uirgam imperii non deponat cuius imperium super humerum eius sicut premisit ysaias. noli inquiunt ad pylatum noli scribere rex iudeorum sed quia ipse dixit rex sum iudeorum. et pylatus quod scripsi scripsi. si pylatus quod scripsit scripsit xpistus non patietur quod recepit. Ipse enim recepit et saluabit nos. Sed dicunt alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. Immo uero si descenderet neminem sal

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

unum facit. Cum enim salvus esse non possit nisi qui perseveraverit usque
in finem, quonammodo poterit esse salvator. Alios igitur salvos fac
iat salvatione cum sit salvus ipse non indiget. operatus salutem numquam nec
cavendum deesse parte sacrificio vespertino hostie salutaris. Noluit in
quo quid cogites non tibi dabit occasionem subripiendi nobis perseve
rantie que sola coronatur. non faciet obmutescere predicatorum ling
uas consolantium pusillanimes et dicentium singulis tu locum tuum ne
deseras quod sine dubio sequeretur si respondere possent quia Christus suum
deseruit. proinde cum sint sensus hominis et cogitationes in malum. Sine
causa maligne parasti sagittas tuas in pharetra et discipulorum
suspiria cumulas opprobriis iudeorum. Illi quippe desperant isti
improperant. sed Christum neutra turba movebit. Aliud tempus ele
git confortandis discipulis et adversariis confutandis. Interim pa
tientiam magis exhibet humilitatem commendat obedientiam implet per
ficit caritatem. hiis nempe virtutum gemmis quatuor cornua cru
cis ornant. Et est supereminentior caritas a dextris obedientia
patientia a sinistris. radix virtutum humilitas in profundo. hiis
dotavit tropheum crucis consumatio dominice passionis cum ad iudeo
rum blasphemias humilis ad vulnera patiens cum interius linguis
clavis exterius pungeretur. nam et caritas in eo perfecta est quod pro ami
cis animam posuit. Et obedientia consummata cum inclinato capite tradi
dit spiritum factus obediens usque ad mortem. Hiis spoliare
dotibus hac parare gloria Christi satagebant cum dicebant Si
rex israel est descendat de cruce. minimum ut non sit iam obedientie for
ma non inveniunt amoris non patientie vel humilitatis exempla sed
videri habeant ex evangelio verba illa suavissima et dulciora
super mel et favum. Maiorem hanc dilectionem nemo habet ut animam
suam ponat quis pro amicis suis. Et ad patrem Opus consummavi
quod dedisti michi ut faciam. Itemque ad discipulos discite a me quia
mitis sum et humilis corde. Et ego si exaltatus fuero a terra omnia
traham ad meipsum. hoc enim est quod dolet venenati serpentis as
tutia exaltari in deserto serpentem eneum cuius intuitu sanentur
vulnera que inflixit. Aliquin quoniam alio instigante misisse
se credimus uxorem pylati ad ipsum dicentem Nichil tibi et iusto illi
multa enim passa sum hodie per visum propter eum. timebat ergo iam
tunc sed nunc maxime in virtute crucis enervari se sentiens inimi
cus sera ducitur penitentia et quos instiganit ad crucifigendum
instigat ad suadendum ut de cruce descendat. Denique si rex
israel est inquiunt descendat de cruce et credimus ei. hec plane
serpentis astutia hec adinventio nequitie spiritualis. Audierat
ipsius salvatoris verbum dicentis non sum missus nisi ad oves que pe
rierunt domus israel. et noverat quantum pro salute illius populi

zelum gerere videretur. Propterea maliciose nimis linguas erudi
ens blasphemorum suggerebat ut dicerent: Descendat et credimus ei. Qua
si iam nihil posset obstare quominus descenderet, qui eorum credulitatem tan
to tempore desideraret. Sed quid machinaris antique pater insidiarum versipel
lis? Nempe et in quo nihil proficiet inimicus, et filius iniquitatis non
apponet nocere ei. Non movetur vana pollicitatione qui novit eo
rum corda, sicut nec exprobratione et blasphemia mitissimus omnium
movebatur. Eo quippe tendebat maliciosa persuasio, non ut ipsi crede
rent, sed nimirum quoque si qua erat fides in eum, omnis deperiret. Legimus
enim: Dei perfecta sunt opera. Quod fieret nimirum, dum opus salutis relinque
retur imperfectum. Sed audiamus quid ad hoc Christus respondeat per prophetam:
Quaeris signa, inde est: Expecta me in die resurrectionis meae in futu Nota
rum. Si vis credere, maiora iam tibi opera demonstravi multiplicium sig
na similiter perfeci heri et pridie, hodie magis habeo considerare an
non manifestum erat quod vidisti e corporibus obsessis spiritus exire malignos
et grabatis suis exilire paraliticos, quin etiam ambulare meis vel pedibus cla
mores exilire quos inflexisti. Sed patiendi tempus est, non faciendi, et pas
sionis hora; sicut frustra praevenire temptatis eam, sic nec poteris im
pedire. Sed adhuc generatio prava et adultera signum quaerit:
non ei dabitur nisi signum Ionae prophetae, non signum descensionis, sed sig
num resurrectionis. Quod si iudaeus non quaerit, amplectitur et gaudeat
christianus. Vicit enim leo de tribu Iuda, suscitatus est paternae vocis
leonis catulus, clauso prodiit tumulo qui de patibulo non descendit.
An vero id mirum sit? Vivi enim nostri sunt Iudaei qui tam curiose
munierant monumentum signantes lapidem cum custodibus. Hunc enim
lapidem magnum valde de quo mulieres illae devotae invicem quaerebant,
facta iam resurrectione dominica revolvit angelus et resedit sicut
scriptum est super eum. Constat proinde clauso exisse tumulo redivi
vum corpus, quod clauso virginis utero natum processit in vitam et
ad discipulos clausis intravit ostiis in cenaculum. Sed est locus
unde clausis noluit procedere ianuis: carceres utique gehennales.
Confregit siquidem ferreos vectes, repagula universorum contri
vit, ut libere suos educeret quos redemerat de manu inimici,
et plane egrediuntur portis agmina dealbatorum qui laverunt
stolas suas et candidas eas fecerunt in sanguine agni. Candidas
prorsus in sanguine agni qui exivit cum eo, et in eo etiam aqua dealbans,
et testimonium perhibet ipse qui vidit. Aut certe candidas in sanguine
agni novelli, sanguine lacteo candido et rubicundo, sicut habes in
Cantico canticorum: dilectus meus, ait sponsa, candidus et rubicundus, e
lectus ex milibus. Inde est quod in stola candida et fulgenti videre
testes quoque resurrectionis apparet. Iam si Iudaeorum confutandis calum
niis sufficere videretur hoc ipsum quod clauso egressus est monumento

cui insultantes dicebant Si rex israel est descendat de cruce Cu
riosius namque monumenta claudere et signare studuerant quam in
figere clauos Si igitur vicit leo de tribu juda in hoc ipso processu ma
ius demonstrauit opus quam peterent ¶ Ipsius iam resurrectionis in
cunabulum cui poterit comparari. Legimus non nullos processisse resur
rectiones aut magis certe suscitationes sed illius preambulas quibus et
duplici priuilegio noscitur preeminere. Nam ceteri quidem resurrexerant
iterum morituri. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur mors
illi ultra non dominabitur. Illi mortui denuo opus habent iterum suscitari
Christus quod mortuus est peccato mortuus est semel quod autem viuit viuit
deo viuit in eternitate. Merito proinde resurgentium primitie Christus qui
ita surrexit ut cadere non adiciat qui solus attigit immortalitatem
¶ Est et aliud in quo resurrectionis huius innotescat gloria singula
ris. Quis enim in omnibus ceteris aliquem suscitauit semetipsum. Ineffa
bile illud est ut a morte se excitet ipse qui dormit. Singulare est non
est qui faciat non est usque ad unum. Heliseus propheta mortuum sus
citauit sed alterum non seipsum. Certe enim quot annis iacet in monumento
quod a se non potest speramus ab alio suscitari. Ab eo utique qui triumphauit
mortis imperium in seipso. Inde est quod ceteros quidem dicimus suscitatos
Christum resurrexisse qui solus virtute propria victor prodiit de se
pulcro. Sic quidem et in hoc vicit leo de tribu juda quantum poterit primo
quod non posse videbitur viuens et dicens patri resurrexi et adhuc
tecum sum. Quam tam potens extitit deputatus cum mortuis sed inter mor
tuos liber. ¶ Nec vero resurrectionem distulit ultra tertium diem
Tertia die resurrexit propheta fidelis [illegible] qui dixit Viuificabit nos post duos
dies in die tertia suscitabit nos ¶ Decet meminisse ut quemadmodum
caput precessit sequantur membra. In patibulo sexta feria redemit
hominem ipsa die qua fecerat hominem in initio. Sequenti die sabbati
zauit in monumento consummato opere quod inceperat. Tertia vero que pri
ma dierum est primitie dormientium nouus homo apparuit mortis
victor. Sic et nos quomodo sequimur caput nostrum toto hac die qua
plasmati et redempti sumus non cessemus agere penitentiam non cesse
mus tollere crucem nostram perseuerantes in ea sicut et ipse perseuerauit
donec dicat spiritus ut requiescamus iam a laboribus nostris. Neminem au
diamus fratres non carnem et sanguinem non spiritum quemlibet descensum a
cruce suadentem. Persistamus in cruce, moriamur in cruce, deponamur
aliorum manibus non nostra leuitate. Caput nostrum deposuere viri iusti
nos vero dignatione sua angeli sancti deponant ut consummata iam
luce dies crucis. Secunda que post mortem est quiescamus suauiter dor
miamus feliciter in sepulcris expectantes beatam spem et aduentum glo
rie magni dei qui resuscitabit corpora nostra tertia demum die confi
guratum corpori claritatis sue. Fecerunt quatriduanum sicut de lazaro

dicitur al' scribitur Jam fetet domine quatriduanus est enim. Adveniente
filio adam quartum foetavit diem quem adam non accepit propterea cor-
rupti et abhominabiles facti quasi iumenta in stercore putruerunt. Di-
vine siquidem ordinationis est triduum quod peregimus in labore in requie
in resurrectione. Non placent hec filiis hominum sed suum volunt preferre di-
em differentes penitentiam ut indulgeant voluptati. Non est hec dies
quam fecit dominus quatriduani facti sunt et iam fetent. Non novit hanc quod
de maria natum est sanctum. Tertia surrexit die ne videret corruptionem
Vicit itaque leo de tribu iuda occisus est agnus sed vicit leo. Leo ru-
giet quis non timebit. Leo inquit fortissimus bestiarum qui ad nullius pa-
vebit occursum. Sed leo de tribu iuda paveant qui abnegaverunt qui
dixerunt non habemus regem nisi cesarem. Paveant qui dixerunt nolu-
mus hunc regnare super nos. Redit siquidem accepto regno et malos
male perdet / vultis nosse quod redit accepto regno. Datum est michi in-
quit omnis potestas in celo et in terra. Sed et pater in psalmo postula a me et
dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terre
reges eos in virga ferrea et tamquam vas figuli confringes eos / For-
tis siquidem leo est nec crudelis gravis tamen indignatio eius et intolle-
rabilis ira columbe sed pro suis leo rugiet non in suos. Paveant alieni
tribus iuda magis exultet Gaudeant qui inducti sunt confessione quorum
omnia ossa dicunt domine quis similis tibi. Leo de tribu iuda radix david. Di-
citur enim david desiderabilis vel manu fortis Et idem ait Ante te omne
desiderium meum et fortitudinem meam ad te custodiam. Radix itaque david
non david radix eius sed ipse radix david quod portat et non portatur.
Merito david sancte filium tuum vocas dominum tuum quod non tu radicem portas
sed radix te. Radix fortitudinis tue et desiderii radix desiderabilis
radix fortis. Vicit leo de tribu iuda radix david aperire librum et
solvere septem signacula eius. Apocalipsis verba sunt hec. Discant qui
non legerunt revelant qui noverunt. Vidi inquit iohannes in dextera se-
dentis super thronum librum signatum sigillis septem et non erat qui lege-
ret vel aperiret. Et ego inquit flebam multum quod nemo aperire li-
brum dignus inveniretur. Et unus de senioribus dixit michi. Ne fleve-
ris ecce vicit leo de tribu iuda etc. Et vidi et ecce in medio throni
agnum stantem tamquam occisum Et veniens accepit librum de dextera se-
dentis in throno et aperuit librum Factaque est letitia magna et ac-
tio gratiarum. Leonem iohannes audierat et agnum vidit. Agnus
occisus est agnus accepit librum agnus aperuit et aperuit leo. Denique di-
gnus est aiunt seniores agnus qui occisus est non mansuetudinem amit-
tere sed accipere fortitudinem ut et agnus maneat et sit leo. Plus dico
idem enim liber est qui non potuerat aperire. Quis enim dignus inven-
tus est aperire hunc librum. Indignum se profitetur et ipse baptista iohannes
quo in natis mulierum maior nemo surrexit. Non sum enim inquit dignus

soluere corrigiam calciamentorum eius. Venerat enim ad nos celata ma-
iestas diuinitatis incarnata. venerat dei sapientia sed in libro clau-
so utique et signato quod ligabat corrigia calciamenti hec claudebant
signacula libri. Sed quid dicimus super hijs septem? An forte triplex
est anime virtus ratio memoria et voluntas. et quadrifaria corporis compo-
sitio ex elementis videlicet quatuor in hijs septem intelligenda est ut
nichil de humanitatis veritate defuisse nouerimus saluatori? An ma-
gis humanitas eius ipsa est liber et querenda sunt signacula septem? Sep-
tem enim quedam arbitror inueniri in quibus maxime celabatur in carne posita
maiestatis ut non possit aperiri liber et sapientia que latebat agnosci. Sunt
autem que occurrunt interim matris desponsatio qua partus virginis et
conceptionis puritas velabatur ita ut homo fabri filius fabricator hominis
putaretur. Et infirmitas corporis qua nimirum plorans et vagiens lac-
tens et dormiens et ceteris subiacens necessitatibus carnis latebat [illegible]-
hec virtus diuina. Sic et circumcisionis signum suscipiens peccati reme-
dium egritudinis medicinam qui morbum omnem tollere venit et peccatum.
Et item in egiptum fugiens a facie herodis reguli nec dei filius agnosci
poterat nec rex celi. Quid trina illa temptatio inimici in deserto
in pinnaculo super montem? Si inquit filius dei es dic ut lapides isti panes
fiant. Et item mitte te deorsum. neutrum tamen prorsus fecit ut signaretur li-
ber ut falleret astutus. Denique conuictus seductus est ut haberet eum pro
constanti hominem esse purum et in tantam vesaniam superba eius prorumperet
ut non diceret ultra si filius dei es. sed hec omnia tibi dabo si procidens ad-
oraueris me. Sextum est signaculum crucis ubi pependit inter latrones
et cum iniquis deputatus est dominus maiestatis. Clausit et sepultura librum
hunc nec ullum omnino signaculum sic astrinxit sic occultauit magnum pie-
tatis sacramentum. Sepulto nimirum domino sola desperatio restare videbatur
adeo ut discipuli dicerent quia nos sperabamus quia redempturus esset.
Quis non illo fleret tempore clausum tam arcius librum et non esse qui aperi-
ret? Sed ne fleueris ultra iohannes scilicet. Etiam tu noli flere maria procul
sit luctus tristicie nebule dissipentur. Exultate iusti in domino et gloriamini
omnes recti corde. Dignus est agnus qui occisus est leo qui surrexit
postremo liber iste dignus aperire seipsum. resurgens nimirum a mor-
tuis resurgens autem virtute propria et post tres dies sicut predixerat
testimonium perhibentibus inimicis et resurgens in tanta maiestate
et gloria videtur manifeste quecumque prediximus signacula vel operi-
menta voluntaria non necessaria nec conditionis fuisse sed dignationis. Quid
tu nunc iudee signabas lapidem monumenti? Quia seductor iste dixerat
adhuc viuens post tres dies resurgam. Vere seductor sed pius non mali-
ciosus. denique seduxisti me et seductus sum domine ait propheta uester.
In persona vero fortior fuisti et inualuisti. Seduxit vos o iudei in passio-
ne nam in resurrectione inualuit. et preualuit vincens leo de tribu

nida. etenim si cognovissent nunquam dominum glorie crucifixissent. Quid er-
go facturus est? Et predixit et iam revixit diligenter explora signum il-
lud sepulture. apertum est enim datum tibi signum ione prophete quod et hoc
ipse predixit. Egreditur ionas de ventre ceti xpistus de corde terre tercia
die procedit. Nonne manifeste plusquam ionas propheta hic qui semetipsum
vilitati et ab ipso mortis utero eduxit. propterea viri ninivite contra
vos stabunt in iudicio propterea ipsi iudices vestri erunt qui prophetam obtrectave-
runt. vos nec deo prophetam. Ubi est ergo quod dicebatis descendat de cruce
et credimus ei. Cuius signaculum disrumpere voluistis promittentes
ad fidem vos intraituros esse apertum non disruptum est. Introite aliquin
si non creditis resurgenti nec descendenti utique credidissetis. Si vos scan-
dalisat crux xpisti verbum enim crucis iudeis quidem scandalum ait apostolus
Excitet vos saltem novitas resurrectionis. Invenimus nos in cruce glo-
riam nobis qui salvamur dei virtus est et omni ut ostendimus plenitu-
do virtutum sit nobis pars in resurrectione sed forte illa primo multo
magis illa vos scandalisat et odor vite nobis in vitam vobis est odor mor-
tis in mortem || Quid ergo insistimus? Non sustinet audire simphoniam
et chorum senior frater occisum nobis saginatum vitulum indignatur fo-
ris stat. Otio non acquiescit intrare. Ingrediamur nos fratres et epu-
lemur in azimis sinceritatis et veritatis etenim pascha nostrum immo-
latus est xpistus. Amplectamur commendatas nobis in cruce virtutes humi-
litatem et pacientiam obedienciam et caritatem. In hac quoque tam precipu-
a solempnitate quid commendet nobis sedula cogitatione pensemus. Ne-
pe resurrectio transitus est transmigratio. xpistus enim fratres non revix-
it hodie sed resurrexit non rediit sed transiit transmigravit non re-
meavit. Denique et ipsum quod celebramus pascha transitum non reditum inter-
pretatur et galilea ubi nobis videndus promittitur qui surrexit non
remeationem sonat sed transmigrationem. Credo iam aliquorum ingenia
pervolant et quorsum hec velint tendere suspicantur. dicimus tamen breviter
presertim ne devotionem vestram in tanta solempnitate sermonis videatur
prolixitas onerare. Si post consummationem crucis in eandem hanc mor-
talitatem et vite presentis erumpnas xpistus dominus revixisset. ego eum fra-
tres non transisse dicerem sed redisse non transmigrasse in sublimius ali-
quid sed ad statum remeasse priorem. Nunc autem quia transiit in novitatem vi-
te nos quasi invitat ad transitum vocat in galileam. propterea siquidem
quod mortuus est peccato mortuus est semel quod iam quod vivit vivit non mo-
ri sed deo || Quid nos dicimus qui sacram domini resurrectionis pasche pri-
vamus diem nomine ut sit nobis magis in reditum quam in transitum. Lu-
simus his diebus compunctioni et orationi gravitati et abstinentie dediti
ceterorum negligencias temporum sacro hoc quadragenario redimere et
diluere cupientes consortes passionibus xpisti complantati et sumus denuo
per baptismum quemdam lacrimarum penitentie et confessionis. Si ergo mor-

A priu(s) mundatis ne
iquinent demo
sdem

tm sumus peccato quo viuemus in illo. Si negligentias planximus quid au
se est ut redeamus nunc in easdem. Inueniemini nunc curiosi ut ante ver
bosi ut ante pigri et negligentes ut ante vani suspiciosi detrac
tores iracundi rerum iterum implicati vitiis que tam anxie deplorauimus
hiis diebus. Laui pedes meos quomodo inquinabo eos. Exui me tunicam
meam quomodo induam eam. Non est hec transmigratio fratres non sic videbit
xpus non est hoc iter quo ostendit nobis deus salutare suum deinceps qui
retro respicit indignus est regno dei. Sic amatores seculi inimici crucis
xpi eius unitatem accepto nomine dicuntur xpiani toto hoc tempore quadragesi
mali ad instantes dies inhiant resurrectionis. Heu ut liberius indul
geant voluptati obnubilat fratres solempnitatis leticiam materia tris
tior sed ipsius plangimus solempnitatis iniuriam quam dissimulare non pos
sumus nec in ipsa primo minus in ipsa proh dolor peramundi tempus timoris vide
tur facta est resurrectio saluatoris. Ex hoc namque comessationes et ebrie
tates redeunt cubilia et impudicitie repetuntur et laxantur concupiscentiis
frena quasi ad hoc resurrexerit xpus et non magis propter iustificatio
nem nostram. Sic honoratis misterium xpi quem suscepistis. Venturo
parastis hospicium conficientes peccata cum gemitu castigantes corpora vim
elemosinas impendentes et ecce susceptum proditis inimicis primo exi
re compellitis portes nequicias admittendo neque enim cohabitatio esse po
test luci ad tenebras xpo cum superbia cum auaricia cum ambitione cum fra
terna odio cum luxuria cum fornicatione. Quod eius minus pati debet quam
futuro. Quod minus reuerentie tempus resurrectionis exigit quam passi
onis. Sed vos ut manifestum est neutrum honoratis nam et si compatiemini
et conregnaretis si commoreremini et consurgeretis nunc autem ex sola consue
tudine temporis et simulatione quadam humiliatio illa processit quam non se
quitur exaltatio spiritualis propter hoc ut ait apostolus multi infirmi et imbe
cilles et dormiunt multi propter hoc crebra in diuersis regionibus hominum
mortalitas specialiter hiis diebus. Quid enim. Deprehensi estis inter angustias
preuaricatores non qui preuaricati estis sed qui persistitis in peccato addentes
preuaricationem aut penitus impenitentes aut tepide penitentes nec
periculosa fugientes vel post miseram experientiam inuentiua peccati reuer
tunt vos inimicus perplexis ut ait scriptura necnus testiculorum. Si hanc
continentiam xpi sacramenta refugitis nichil vobis erit cum xpo non habebitis
vitam in vobis ipsum audite dicentem Nisi manducaueritis carnem filii hominis
et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Si indigni suscepi
tis iudicium vobis manducatis sanguinem domini non diiudicantes. Redite ergo preua
ricatores ad cor et in toto corde querite deum et odite malum. Penitentes
non tantum verbo et lingua sed spiritu et veritate quia vos non satis condixisse
piget hominem ut videtur qui adhuc manere disponit in lubrico aut certis
se qui durum non requirit ut sit vere contrictionis iudicium opportunitatis
fuga subtractio occasionis Aliquin timendum valde ne dies isti sequidem

et ipsa positus est in ruinam et in resurrectionem multorum, reprobet vos vel tamquam manifeste alienos a Christo non existentes vel tamquam fictos inde in quem intravit sathanas post buccellam. || Sed quid ad nos fratres de hiis que foris sunt iudicare? non quia eodem nos laqueo fuisse plangimus, ab eodem erutos gratulamur, sola misericordia operante, in quo miserabiliter detineri eos firma caritate dolemus. Ut autem vel nos iam sufficienter et penitus alienos ab hac misera et sacrilega consuetudine demonstremus, nec quicquid in nobis pereat aut minuatur de exercitio spirituali circa resurrectionis adventum, sed instare magis et exercere studeamus. Quicumque enim post lamenta penitentie non ad carnales consolationes redit, sed in fiduciam divine misericordie mens excedit et ingreditur novam quandam devotionem et gaudium in spiritu sancto, nec tam compungitur preteritorum recordatione peccatorum quam delectatur memoria et inflammatur eternorum desiderio premiorum, is plane est qui cum Christo resurgit, qui pascha celebrat, qui festinat in Galileam. Vos ergo carissimi qui consurrexistis cum Christo, que sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera dei sedens; que sursum sunt sapite, non que super terram; ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris, ita et vos in novitate vite ambuletis, ut a secularibus letitia et consolatione mundi per compunctionem et tristitiam que secundum deum est ad devotionem sanctam et spiritualem vos transire gaudeatis exultationem, ipso prestante qui transiit ex hoc mundo ad patrem et vos quoque trahere post se et in Galileam vocare dignatur, ut semetipsum vobis ostendat, qui est super omnia deus in secula benedictus. ||

Sermo II in die pasche de lectione evangelica Marie Magdalene.

Sermo II in die pasche de lectione evangelica Marie Magdalene

Accepimus ab apostolo habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Unde videtur non incongrue intelligi posse tamdiu Christum in nobis vivere quamdiu vivit fides. Porro postquam fides nostra mortua est, quodammodo Christus mortuus est in nobis. Porro fidei vitam opera testantur, sicut scriptum est: Opera que dedit michi pater, ipsa testimonium perhibent de me. Nec discrepare videtur ab hac sententia qui fidem sine operibus mortuam asserit in semetipsa. Sicut enim corporis huius vitam ex motu suo dinoscimus, sic et fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita corporis anima est, per quam movetur et sentit; vita vero fidei caritas, quia per illam operatur, sicut in apostolo legitur: Fides que per dilectionem operatur. Unde et frigescente caritate fides moritur, sicut corpus anima recedente. Tu ergo si videris hominem in bonis operibus strenuum et fervore conversationis hilarem, vivere in eo fidem ne dubites: indubitata tenes vite illius argumenta. Sed nonnulli cum spiritu ceperint, heu carne postea consummantur. Timemus autem quia iam hic non permanet in eis spiritus vite, quia scriptum est: Non permanebit spiritus meus in homine, metuimus quia caro est. Et si non permanet spiritus sicut debuit, quomodo excidat caritas que nimirum diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Porro fidei vitam, ut iam diximus, caritatem constituit, qui fidem per dilec

tionem perhibuit operari. Hinc ergo colligitur recedente spiritu fidem mori
quoniam spiritus est qui vivificat. Denique si sapere secundum carnem mors est nulli
dubium quin illi quos vivere letabamur quamdiu facta carnis spiritu mortifi
cabant secundum carnem viventes plangendi sunt tamquam mortui. Unde et in
eodem apostolo legis: Si enim secundum carnem vixeritis moriemini, si autem spiritu facta
carnis mortificaveritis vivetis. ¶ Ve tibi quicumque es animus reversus
ad vomitum, sus lota in volutabro luti. Non eos tantum loquor qui corpore sed
etiam eos qui corde redeunt in Egyptum, soli huius oblectamenta sectantes, ac
proinde fidei vitam que est caritas non habentes. Si quis enim diligit
mundum non est caritas patris in eo. Quis magis mortuus eo qui fovet
ignem in sinu proprio et conscientia nec sentit nec expavescit neque compu
tit. Certe ubi Christus est in sepulcro fides mortua est in animo. Quid faciemus
ei? Quod afferent sancte mulieres que sole exortu suis amplioris tenebantur affectu emerunt aromata ut venientes ungerent Ihesum. Numquid
ut suscitarent? Et nos fratres scimus quia suscitare nostrum non est sed ungere
nobis incumbit. Cur hoc? Nempe ne feteat qui huiusmodi est, ne sit
teterrimus odor mortis ne perfluat et penitus dissolvat. ¶ Emunt pro
inde aromata sua tres mulieres: mens, lingua et manus. De hiis pe
trus ut arbitror et mandatum accepit tertio pascere gregem domini. Pasce
inquit mente, ore, opere. Pasce animi oratione, verbi exhortatione, exempli exhi
bitione. Emit ergo mens aromata sua. Ante omnia compassionis affectum

¶ De compassionis affectu

dehinc rectitudinis zelum, et inter hec spiritum discretionis non dimittat. Quo
tiens enim peccantem videns fratrem continuo debet procedere compassionis
affectus tamquam connaturalis humanitati, quippe que carnis ex tempore.
Vos inquit apostolus qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenita
tis considerans teipsum ne et tu tempteris. Et cum dominus exiret baiulans si
bi crucem et plangerent super eum non dico omnes tribus terre sed mulieres
pauce, conversus ad eas: Filie inquit Jherusalem nolite flere super me sed su
per vosipsas flete et super filios vestros. Ordinem diligenter attende: super vos
prius deinde super filios vestros. Teipsum attende ut aliis noveris co
pati, ut arguas in spiritu lenitatis teipsum considerans ne et tu tempteris. Sed
quia exemplum efficacius persuadet et altius imprimit, admitto vos ad sanctum
illum senem qui cum audisset peccasse unum ex fratribus amarissime flebat
inquiens: Ille hodie et ego cras. Qui sic flebat super se putas quia non co

¶ De zelo iustitie

passus sit fratri? Hic itaque compassionis affectus multis quidem prodest, qua
animos liberalis contristare que prosit videtur acrius exhibetur. ¶ Sed
quid agimus quia nonnulli duram cervicem et attritam sunt fronte ut quo ma
gis eis compatimur tanto magis nostra compassione et patientia abutuntur?
Nonne sicut compacientium sic et ipsi iustitie compacendum est quia videmus
tam impudenter alios tam impudenter provocari? Hec quia sit qua
nobis est animus contemptum huiusmodi equanimiter ferre non possumus, hinc
est zelus iustitie quo adversus delinquentes accendimur tamquam pietate

ducti circa eam quam contemptum uidemus iusticiam dei. Verumtamen opor- de spiritu discretionis
tet ut porta sibi venderet compassionis affectus aliquem spiritum vehementis
continuo naues tharsis conterimus quassatum calamum extinguimus li-
num fumigans. Sed cum utrumque adesset videlicet compassionis affectus et zelus
iusticie necesse est ut assit spiritus discretionis ne forte cum oporteat hunc ex-
hiberi ille precedat et discretio ipsa confundat uniuersa. Habeat itaque
mensuram certam spiritus discretionis ut misereri apte temporibus tempora opportune
emulari et nichilominus ignoscere sciat. Samaritanus sit custodiens
et obseruans quando oleum misericordie quando vinum feruoris infundat et ne fra-
tres mei putetis inventum prophetam audite hec eadem et eodem ordine
postulantem. bonitatem inquit et disciplinam et scienciam doce me. Sed
unde hec nobis est. Neque enim tellus profert uirtutum germina terra cordis
nostri sed magis spinas et tribulos germinat nobis. Emere ergo oportet
a quo autem emenda sunt. Ab eo utique qui ait venite emite absque argen-
to et absque ulla commutatione vinum et lac. Non ignoratis quid lactis dul-
cedo quid vini designet austeritas. Quid est autem emere sine argento Quid est emere sine argento
et sine commutatione. Non talis est emptio apud amatores huius seculi
sed apud auctorem seculi alia esse non potest. Propheta enim dixit dominus deus
meus es tu quoniam bonorum meorum non eges. Quam igitur et commutationem
dabis homo pro gracia sua qui nullius eget et cuius sunt uniuersa. Gra-
tis dat. etiam recipit gratis emit quia quod dat pro ea nobis melius
retinet. Tua igitur armamenta medicis immo propria voluntate emenda
sunt qua quidem dimittentes nichil amittimus etiam et lucrum plure
mus commutamus illam in melius ut communis fiat que propria fuit. Porro communis
voluntas caritas est. Emimus ergo absque commutatione recipientes quod non
habuimus et quod habuimus melius retinentes. Qui vero superat frater qui in
propria voluntate nescit compati nisi sibi est. Aut quomodo amans seipsum diliget
iusticiam aut odio habebit iniquitatem est. Simulare quidem potest ante
oculos hominum etiam semetipsum seducere ut cum priuato amore uel odio du-
citur compassionis affectum aut zelum putet esse iusticie. Verum facile est nosse
quam sint aliena a propria voluntate que propria sunt caritatis. Sed illa recta
fronte contrariam se ostendit. nam caritas benigna est caritas super iniquita-
te non gaudet. Iam de spiritu discretionis scimus quia nichil sic illam extinguit
quo propria voluntas subuertens corda hominum et eorum oculos claudens.
Emenda sunt proinde cum iustis armamenta affectus compassionis inquam
zelus et spiritus discretionis immo ut dictum est propria voluntate. Lingue
quoque armamenta tria nichilominus sunt. modestia in increpando, copia in
exhortando, efficacia in persuadendo. Vis habere hec armamenta est. Eme
illa a domino deo tuo. Eme inquam sicut et porta sibi illa commutatione ut aliquid
recipias perdas nichil. Eme a domino moderantiam correptionem quia omne
magnum quidam bonum et datum optimum est et quod habebant pauci. linguam
enim ut ait iacobus nemo domare potest. Videas multos sincera

licet intentionem et benigno attendant animo leuiter. dicere quod grauiter
audiatur volat irreuocabile verbum et quod sanare debuerat quia mordaci
us forte videtur exasperat et exulcerat magis quam negligentie addit impuden
ciam et impacienciam cumulat ut qui in sordibus erat sordescat adhuc decli
nans in verba malicie ad excusandas excusationes in peccatis. At more
frenetici non solum repellens sed et mordere temptans medici manum.
Multis quoque non suppetit verborum copia sed pre sermonis inopia lin
guam palato sentiunt adherescere quod et ipsum in medium audientibus solet ob
esse non parum. Alijs vero ad manum est habundancia multi sermonis sed
que dicunt minus sapiunt minus accipiuntur et quia gratiam non habent minus
efficacia sunt que loquuntur. Vide quam necesse sit emere ab eo a quo de bo
num est a quo omnis sciencia modestiam in increpando copiam in exhortando ef
ficaciam in persuadendo. Proinde eme ista in uno confessionis ut prius confitea
ris peccata tua quam ad purganda accedas aliena. Magnum prorsus est et
mirabile sacramentum anime suscitatio. Vide ne ad illud immundus accedas quia
si forte non potes mortuus primo quia non potes lauare mortuus mortuorum manus
tuas ante quam accedas monumentum domini omnia siquidem in confessione lauantur
et hec ablucio in quacumque mortem tibi deprehendit ut mortuo iueres assis
tas / ad alterius officium nemo accedit in ueste communi sed quisque accessurus
est albis induitur. Et tu ergo cum ad domini monumentum properas lauare et
albare indue te vestimentis glorie ut dicitur tibi confessionem et decorem in
duisti quia ubi confessio ibi in conspectu domini pulcritudo est. Hec pro eo dicta sunt
ut aromata lingue moderata increpacio copiosa exhortatio efficax per
suasio in uno confessionis emantur. Verum sicut legimus et quotidianis
experimentis didicimus cuius vita despicitur restat ut predicatio contempnatur.
Parcet ergo et manus aromatum suadere subsannet nos sapiens tamquam
pigrum illum cui labor sit manum ad os porrigere. Ne possit dicere quod
arguens. Tu qui alium doces teipsum non doces alligas enim onera grauia
et importabilia et imponis ea in humeris hominum digito tuo nolens ea
mouere. Dico vobis sermo quidem viuus et efficax exemplum est operis
et facile persuadens quod intendimus dum factibile probat esse quod suademus.
Pro huiusmodi habeat necesse est etiam manus aromatum suam continenciam in car
ne misericordiam in fratre. pacienciam in pietate. Unde apostolus ait Sobrie et iuste et
pie viuamus. Hec enim tria sunt in nostra conuersatione maxime necessaria quam primum
debemus nobis secundum proximis tertium deo. Nam qui fornicatur in corpus suum
peccat magno priuans illud honore et pariendo afficiens hoc decore
in pudendo quia membra tollens membrum christi et adiungit meretrici faciens me
mbrum meretricis. Ego autem non ab ea tantum que tam abhominabilis est sed
ab omni voluptate carnis continendum dico. Ante omnia igitur primum hanc continentiam
quere quam tibi debes ipsi nemo enim tibi propinquior est. Deinde adde mi
sericordiam quam debes proximo quia cum eo saluandus es. Deinde et pacienciam
quam debes deo quia ab eo saluandus es. Omnes enim qui pie viuere volunt

in xpo persecutionem patientur et per multas tribulationes oportet nos intrare
in regnum dei. vide ergo ne per impatientiam pereas sed universa pro eo sustine
qui prior maiora pro te sustinuit et apud quem patientia infructuosa non erit
sicut ait propheta. patientia pauperum non peribit in finem. porro hec ma
nus ornata nimio subiectionis candore. hec est etiam que dirigit gre
ssus meos et sancte conversationis gratiam promeretur. nam si contraria lex inven
ta est in membris nostris per inobedientiam quis nesciat per obedientiam conven
tam dari. Ipsa namque est que nimiam ordinare novit ipsa que patientiam docet et
donat. Cum hijs ergo virtutibus accede ad eum in quo fides mortua est. Ve
rum si consideremus quam magnum sit ad nos suscitare eum qui quatriduanus est quam
difficile sit vel accedere ad eum ergo quod lapidea quedam obstinatio et impuden
tia clausit puto quod dicere habeamus et nos quis revolvet nobis lapidem
ab hostio monumenti. Sic tamen dum sic trepidi venimus accedere vi
demus grande miraculum fit nonnumquam ut solum pietatis preparationem cor
dis nostri audiat auris divina et ad vocem virtutis eius resurgat qui erat
mortuus. Et ecce angelus domini id est fervor quidem in vultu illius tamquam in
ostio monumenti nobis apparet et fulgor quidam index resurrectionis
ut aperte videatur facies illius immutata accessum nobis prebens ad eum sum primo
et advertens ipsius obstinationis sive revolvens lapidem et sedens super
eum ita ut suscitata fide ipsa etiam linthiamina quibus obvoluta fuerat
ipse demonstret. dum quoque omnia que in corde suo prius attulabant aperit et offert
quo semper sepelierat intus ipsam tepiditatem et negligentiam suam prodens
venite inquit et videte ubi positus erat dominus. || Sermo in diebus in di
ebus resurrectionis. De lepra naaman.

Sicut in corporum medicina prius purgationes adhibentur deinde
refectiones sive id est corpus exinaniatur prius ab humoribus noxiis
dehinc cibis saporibus foveatur. Sic medicus animarum dominus Jhesus
cuius tota dispensatio quam exhibuit in carne sua medicina salutis est. Ante
passionem suam septem dedit purgationes. post resurrectionem totidem cibos salu
bres panis et suaves. Heliseus noster leprosum naaman septies in iordane
mergi vel lavari precepit qui interpretatur descensus. In descensu domini nostri
Jhesu Christi id est in humilitate conversationis eius quam exhibuit ante passionem mun
damur et purgamur. In resurrectione vero et vita quam duxit quadraginta di
ebus reficimur et delectabilibus pascimur alimentis. || Septemplex occupavit
nos lepra superbie. In proprietate possessionis. In gloria vestium. In voluptate
corporum. In ore quoque duplex scilicet et in corde. Prima est lepra domus quia divi
tes esse volumus in hoc seculo sed ab ista mundamur si mergimur in iordane
id est in Christi descensu. Invenimus enim quod cum ille esset dives propter nos pauper
factus est descendit a celestibus divitiis et veniens in mundum nec
istas qualescumque divitias habere voluit sed in tanta paupertate venit ut na
tus quomodo poneretur in presepio quia non erat ei locus in diversorio. denique ipse
nescit quod filius hominis non habeat ubi caput reclinaret. Qui bene

Sermo in diebus resurrectionis. De lepra naaman

Caveant ... qui volunt ... divites esse

mergitur hic qui querit divicias huius mundi. Et vere magna abusio
magna nimis ut dives velit esse vermiculus vilis propter quem deus ma
iestatis et dominus sabaoth voluit pauper fieri. Porro in lepra vestium omnem
seculi huius pompam compositam intellige vanitatemque ab illa mundabimur in iorda
nis mersione mundabimur ubi invenies christum dominum vilibus pannis involutum
factum opprobrium hominum et abiectionem plebis. A lepra quoque corporis mun
damur in christi descensu ipso iordane si bene cogitantes dominicam passionem
erubescimus sequi corporis voluptatem. ¶ At in ore ut diximus duplex
est lepra. Cum enim adversum quempiam contigerit murmuramus et impacie
ncie verbum tamquam lepre sanies effluit. Sed ab hac mundamur si illum at
tendimus qui tamquam ovis ad occisionem ductus est et non aperuit os suum
qui cum malediceretur non maledicebat cum pateretur non comminabatur. In pro
priis quoque et contra eum qui dixit non qui seipsum commendat ille probatus
est commendamus nosmetipsos non in multa paciencia sed in arrogancia et in
quinat nos altera lepra verbi iactancie. Ut ergo mundemur ab illa mer
gamur in iordane et imitemur eum qui non querebat gloriam suam. Unde et
demonia que clamabant quia ipse esset dei filius precipiebat obmutes
cere et illuminatos cecos dicere prohibebat. ¶ In corde duplex est
lepra propria voluntas et proprium consilium. Lepra utraque nimis pessima eo
quod perniciosior quo magis interior. Voluntatem dico propriam que non est
communis cum deo et hominibus sed nostra tantum quando quod volumus non ad honorem dei
non ad utilitatem fratrum sed propter nosipsos facimus non intendentes placere deo
et prodesse fratribus sed satisfacere propriis motibus animorum. Huic contraria
est recta fronte caritas que est deus. Hec enim adversus eum inimicicias
exercens est et guerram crudelissimam. Quid enim odit aut quid punit
deus preter voluntatem propriam. Cesset voluntas propria et infernus
non erit. In quem enim ignis ille desaeviet nisi in propriam voluntatem. Etiam
nunc cum frigus aut famem aut aliquid tale patimur quid leditur nisi propria
voluntas. Et si voluntarie sustinemus iam ipsa voluntas communis est. Sed fomi
tis quedam et velut pruritus voluntatis adhuc de proprio est et in illo des
penas sustinemus donec penitus consumatur. Nam voluntas illa propria dici
tur cum assentimus et cum liberum se inclinat arbitrium. Hec autem desideria
et concupiscentie que invitos tenent non voluntas sed corruptio voluntatis est.
Porro voluntas propria quo furore dominum maiestatis impugnet audiant
et timeant servi proprie voluntatis. Primo nempe subtrahit se et eripit
et subducit eius dominatui cui tamquam auctori servire debuerant dum est
sui sua. Sed numquid contenta erit hac iniuria. Addit adhuc et quantum in se
est omnia quoque que dei sunt tollit et diripit. Quem enim modum sibi ponit hu
mana cupiditas. Nonne qui pusillum acquirit pecunie modicum similiter mun
dum concupisceret lucrari universum si non deesset possibilitas si suppeteret vo
luntati facultas. Dico fiducialiter neminem qui sit in propria posset univer
sus mundus sufficere. Sed utinam vel eis istis esset contenta nec in ipsum hec

Lepra oris contra murmur et iactantiam

Voluntas contra deum

Contra impugnat propriam voluntatem

propria voluntas

ribile dictu descenderet auctorem. nunc aut et ipsum qui ipsa est deum punire
voluntas propria dum enim vellet deum penis sua aut vindicare non posse aut
nolle aut ea nescire. vult ergo eum non esse deum quem quantum in ipsa est
vult eum aut impotentem aut iniustum esse aut insipientem. Crudelis plane
et omni execranda malicia que dei potentiam iusticiam sapientiam perire desi
derat. hec est crudelis bestia fera pessima rapacissima lupa et leena se
vissima hec est immundissima lepra ad [illegible] qua in iordane mergi oportet
atque imitari eum qui non venit facere voluntatem suam. unde et in passione in
quit mea voluntas sed tua fiat. Lepra non proprii consilii eo perniciosior
est quo magis occulta et quanto quis plus habundat tanto sibi sanior
esse videtur. hec illorum est qui zelum dei habent sed non secundum scientiam sequentes
ceruicem suam et obstinati in eo ut nullis velint consiliis acquiescere. hii
sunt vnitatis divisores inimici pacis caritatis expertes vanitate tumen
tes placentes sibi et magni in oculis suis. ignorantes dei iusticiam et suam
volentes constituere. Et que maior superbia quam ut unus homo toti con
gregationi iudicium suum preferat tamquam ipse solus habeat spiritum dei.
ydolatrie scelus est non acquiescere et quasi peccatum ariolandi. Erant nunc
qui se fecerunt religiosiores aliis qui non sunt sicut ceteri hominum. Ecce arioli
et ydolatre facti sunt si tamen vel ei qui dixit hec plus quam sibi videtur esse
credendum. neque enim hinc dissentit veritatis sermo que dixit Si ecclesiam
non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Ecce ubi potest hec le
pra mundari nisi in iordane. ibi mergere quicumque huiusmodi es. et at
tende quid fecerit magni consilii angelus quomodo consilium suum preposuit
consilio vel magis voluntati mulieris vnius beatam virginem loquor et fa
bri pauperis ipse est ioseph. Inventus enim in medio doctorum audiens eos
et interrogans quodammodo a matre more patris est filii ut quid fecisti nobis
sic. At ille quid erat inquit quod me querebatis. nesciebatis quia in hiis que
patris mei sunt oportet me esse. At illi non intellexerunt verbum. Et quid fe
cit. verbum non capiebatur ipse descendit cum eis ut esset subditus illis. Quo
usque non erubescat obstinatus esse consilio suo quando suum sapientia deseruit.
Sic mutavit consilium suum ut quod usque tunc reparat ex tunc usque ad tricesi
mum annum etatis sue prorsus dimiserit. nichil enim ab hoc duodecimo
anno de eius doctrina vel operibus invenimus usque ad annos triginta. Sed forte
querendum ab ipso est quo voluntatem suam consilium ve relinqueret. O domine volun
tas de qua dixisti ut non fieret si bona non erat quomodo tua erat. Si bona
erat quare relicta est. Sic et consilium si non bonum quomodo tuum. Si bonum quare
relinquendum. Et bona erant et eius erant nec minus tamen relinquenda
ob hoc videlicet ut fieret meliora. Neque enim oportebat propter pauci
ores omnibus. Erat ergo voluntas christi et bona erat qua dicebat. Pater si
fieri potest transeat a me calix iste. sed ea quam dicebat fiat voluntas tua me
lior erat quia omnium non solum patris sed et ipsius christi oblatus est enim quia vo
luit et nam nisi enim granum frumenti cadens in terram mortuum esset

ipsum solum maneret mortuum vel multum fructum afferret. Itaque hec voluntas
patris erat ut videlicet haberet quos adoptaret in filios. Christi erat ut sit
ipse primogenitus in multis fratribus. Nostra erat quia pro nobis fiebat ut re
dimeremur. || De consilio quoque idem dicimus. Christi enim erat et bonum erat
consilium illud quod ait: Quia in hiis que patris mei sunt oportet me esse. Sed quia illi non
intellexerunt mutavit consilium illud ut nos erudiret ab ea lepra que pro
prii consilii est. Exemplum enim dedit nobis ut et nos ita faciamus. Non ab initio no
verat quod esset facturus sed voluit formam nobis humilitatis in se exhibere
et ad lavandam hanc pessimam lepram dominum in scripturis prope iordanem inveniat inter
eos pariter qui propter voluntatis et qui propter proprii consilii lepram sordent. Audiat
quid spiritus dicat ecclesiis: brevi uno versiculo lepram utramque comprehendit. Sa
pientia ait que desursum est: primum quidem pudica erunt propter voluntatis ipsius
integritatem, deinde pacifica erunt propter consilii obstinatam rebellionem. || Cum
ab hiis septem principalibus fuerit expurgatus, post septem stellas quaerant
septem fercula que sunt dona spiritus sancti. Porro sicut in vita domini ante passionem
septem purgationes invenimus, sic et in apparitionibus septem que post resur
rectionem facte leguntur septem illa dona spiritus sancti possumus invenire. In pri
ma spiritum timoris accipe, quia venientibus mulieribus ad sepulcrum descendit ange
lus de celo et terremotus factus est ita ut ipsis timore perterritis oporte
ret ab angelo consolari. In spiritu pietatis apparuit Symoni, quia magna
(?) de domino dignaretur pietatis dignatio quod ei quasi singulariter et ante ceteros
dignatus est apparere, qui peccatis de negatione eius rea conscientia confundebatur,
ut ubi habundavit delictum superhabundaret et gratia. In spiritu scientie duobus p
gentibus in emaus scripturas exposuit incipiens a moyse et prophetis. In
spiritu fortitudinis ianuis clausis intravit, ostendens manus et latus sicut solet
in signum virtutis clipeorum foramina demonstrare. In spiritu consilii frustra in
piscatione laborantes mittere in dexteram rethe consuluit. In spiritu intellectus
aperuit eis sensum ut intelligerent scripturas. In spiritu sapientie die quadrage
simo eis apparuit quando videntibus illis elevatus est et viderunt filium hominis
ascendentem ubi erat prius. Usque ad illam enim diem quasi per stultitiam predica
tionis salvos faciebat credentes. Postremo vero coram eis ascendit ad pa
trem iam cepit sapientiam declarare. ||

Sermo quartus in diebus resurrectionis: quo quibusdam nondum natus sit xpus.

Sermo iiii in diebus resurrectionis quo quibusdam nondum natus sit xpus

Omnia que de salvatore legimus medicamina sunt animarum no
strarum. Videamus ergo ne quis forte dicat de nobis: Curavimus
babylonem et non est sanata. Cogitet unusquisque quantum operentur
in eo iam salutaria medicamenta. Sunt enim quibus nondum natus est xpus.
Sunt quibus nondum est passus, sunt quibus non surrexit usque adhuc. Aliis
quoque nondum ascendit. Aliis nondum misit spiritum sanctum. Quo enim comparatur eius
humilitas qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equa
lem deo, semetipsum exinanivit formam servi accipiens. Quo inquam dei
humilitas in superbo homine comparatur. Quam humilitatis illius vestigia in hiis qui

adhuc toto desiderio terrenis diuiciis et honoribus inhiant. Sed nec pro
exhibicione consolacionis fratres mei quod dicere potestis proculdubio dictum est nobis
Sunt quibus xpistus necdum passus est qui labores fugiunt mortem metuunt ad
huc quippe vero ille et labores sustinendo et mortem moriendo non vicerit.
Sunt quibus necdum surrexit qui in labore anxietate et afflictione peniten
cie morte affligunt tota die necdum spirituali consolacione recepta Sed nisi
breuiati fuissent dies illi quis posset sustinere. Aliis resurrexit xpistus
sed necdum ascendit pro eo quod cum eis adhuc pia dileccione commoratur in tribus
hiis scilicet qui in deuocione sunt tota die flent in oracionibus suspirant in meditacionibus
suis et omnia festiua et iocunda sunt eis et per omnes dies illos continuum alleluya
cantatur. Sed oportet hec eis subtrahi ut desinant vesci solido cibo et expedit
eis ut xpistus vadat et hec spiritualis deuocio detrahatur. Sed quia hec capere po
terunt destitutos sese a domino proclivos gracia conqueruntur sed expectent paululum
sedeant in ciuitate donec induantur solidiori quadam virtute ex alto et ma
iora percipiant carismata spiritus sancti sicut apostoli in gradum promoti sunt altio
rem et superemmenciorem vix curriculis ingressi non iam solliciti quomodo flerent
paululum sed quomodo magna quadam victoria de tanto aduersario triumpharent
et gradiantur sathanam sub pedibus suis. || Sermo vi in octa
pasche. De epistola iohannis ewangeliste

Omne quod natum est ex deo vincit mundum. postquam unigenitus dei
non rapinam arbitratus est esse se equalem deo homo quoque dignatus
est fieri filius et habitu inuentus ut homo. non immerito iam de
celesti generacione exiguitas humana presumit. neque enim indignum est deo
eorum fieri patrem quorum se xpistus fecit fratrem. hinc est quod beatus iohannes qui
sepius nobis ac studiosius hanc commendat adopcionem filiorum dei in ipso quoque
ewangelii sui principio quotquot inquit receperunt eum dedit eis po
testatem filios dei fieri. Huic igitur verbo simile est quod audiuimus hodie de
eius epistola recitari Omne inquit quod natum est ex deo vincit mundum. quotquot
enim sunt xpisti cum xpisto eos mundus odit sed cum xpisto superatur pariter et ab ipsis. No
lite inquit mirari si odit vos mundus scitote quia me priorem vobis odio habu
it Et iterum Confidite inquit quia ego vici mundum. Sic nimirum manifesta sunt
sermonis illius vestigia quod apostolus ait quos presciuit inquit haut dubium
quin deus prius et predestinauit conformes fieri ymagini filii dei sui. Unde con
formitatem post ipsum adepti sunt ut sit ipse primogenitus in multis fratribus
post ipsum odit eos mundus post ipsum et ab ipsis vincitur mundus. bene ergo
quod natum est ex deo vincit mundum ut sit testimonium celestis generacionis
victoria temptacionis Et sicut is qui filius est per naturam mundum in sua persona
triumphauit sic et nos victores inveniamur quotquot sumus filii ad
opcionis. victores sumus sed in ipso qui confortat nos in quo et possumus omnia
et hec est victoria que vincit mundum fides vestra. Fide siquidem in dei
filios adoptamur. fidem in nobis mundus in maligno positus odit atque persequitur.
Fide quoque et vincit sicut scriptum est Sancti per fidem vicerunt regna
Unde vi attribuitur fidei victoria cum ... est eciam vita. Iustus inquit ex

Sermo vi in octava pasche de epistola iohannis ewangeliste